

Sigismundus Rex Joanni Danti,
 sco et Ludovico Decio Iusto Cra-
 toribus suis.

74

Nobiles fideles Dilecti, hesternis die et
 late sunt nobis littere osti ex Bario, qui-
 bus significat statum illius et omnes res
 recte se habere, nihilque adversi illi or-
 tum, praeter tumultum contra Josue, qui et
 ipse tandem est sopitus. Allatae quo-
 que nobis sunt littere a civitatibus Ba-
 rensi et Modunensi, quibus fidem suam
 erga nos abunde testantur, quam et alio-
 rum pariter Iustus ipse declarat, praetere-
 aque scribit esse magnas querimonias o-
 mnium subditorum adversus Josue et a-
 lios officiales. Proindeque efflagitant, ut cum
 illis justitia ministretur, petitur confir-
 matio iurium et privilegiorum, petuntur
 boni et equanimis officiales. Quocirca
 omnium prima erit illis cura vestra,
 ut videlicet compositis et sopitis rebus,
 si quae in perturbatione sunt, justiti-
 am unicuique ministretis, et officiales
 tales constituatis, quorum probitas et
 fides spectata est, et populo essent ex-
 sententia. De privilegiis confirman-
 dis respondimus, nos id facere velle, quod
 et nos illis eis pollicemini, et tran-
 sumpta illorum nobis mittatis, quibus vi-
 sis libenter confirmabimus, quaecumque iusta et
 honesta

honestas fuerint.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, including words like 'Sigi', 'na', 'apo', 'Sigi', 'et reg', 'guifi', 'ravir', 'tani', 'domin', 'shisic', 'nostra', 'ram', 'tu', 'pauf', 'plun', 'fias', 'ium', 'ne e', 'ferre', 'admod', 'tu', 'min', 'eint', 'ditore', 'stabil', 'u', 'dinem', 'ant']